



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia De Actibus Humanis Excerptarum

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

De Feriis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41214**

*s. prop. 1. Tamb. l. 2. in Decal. c. 5. §. 2. n. 11.* Econtra, ergo minus, quam integra hora minor non erit pars notabilis, adeo ut nisi omittas dimidium horae minoris vel amplius, seu quantum notabiliter non adaequat horam minorem, non eris condemnandus peccati mortalis. *Communior. DD. Less. Bonac. sup. March. tribun. p. 2. tr. 2. tit. 3. sect. 2. q. 3.* Ratio est: quia omnes horae canonicae ex institutione Ecclesiae unum unius diei officium constituunt: hinc notabilis pars omissionis, vel gravitas materiae omissae, non respectu singularum horarum, sed respectu totius officii coniunctim expendenda est: quantum nitirum notabiliter noceat fini ab Ecclesia intento, utpote colendi Deum officio diurno. Atqui sicut respectu totius officii, & considerato fine ab Ecclesia intento, quilibet hora etiam minor, revera est notabilis pars, ita notabiliter minus, quam hora minor, non potest amplius censeri pars notabilis, vel materia gravis, licet revera quid notabile sit respectu ipsius horae minoris. Cæterum si modicam tantum partem horae minoris recites v. g. initium Hymni, aliquot versus psalmi, censeris totam negligere; quia tam parum pro nihilo reputatur, ideo peccas mortaliter.

### De Feriis.

*172. Responso VI. Die Dominico vel Festo una horae laborare serviliter, veniale tantum esse ex parvitate materiae recte sentit. Suar. 10. 2. de Religione l. 2. de festis cap. 32. maximè si labor non sit nimis servilis & fatigans corpus, ut notat Layman.*

I. 4.

*I. 4. tr. 7. c. 1.* Imò communis jam sententia du-  
horas permittit citra mortalem culpam. *Fillia-*  
*tr. 26. c. 11. q. 1.* *Dian. cum Tambur. l. 4. c. 3. §. 2.*  
Quia nimirum labor unius vel alterius horæ re-  
pectu totius diei naturalis 24. horarum non vide-  
tur pars notabilis, aut ita officiens fini religiosæ va-  
cationis, ut culpæ mortalis damnari possit; plus  
non facile conceditur, nisi paupertas, vel alia iusta  
causa excusat: v. g. in Bohemia, in qua Rustici tem-  
pore messis totâ septimanâ occupati labore Do-  
minorum suorum, negligere deberent propriam  
messem, nisi die Dominicâ vel festo summo mane  
cam clam ad proprios lares promoverent.

173. Similiter in die festo omittere in sacro audiен-  
di introitum usque ad Evangelium: imò secundum  
aliquos, usque ad initium offertorii: sicut etiam  
post sumptionem reliquum, veniale est ex par-  
tate materiæ. At verò tantundem omittere tem-  
pore intermedio nemo à mortali excusat: quia  
spectato fine Ecclesiæ principali, ut nimirum fide-  
les religiosè assistant cultui divino latreutico per  
incuruentum sacrificium, partes illæ priores, et si non  
modicæ, tanquam accessoriæ ad sacrificium pro  
modico reputantur: partes verò missæ mediæ ab  
offertorio usque ad sumptionem, quia totam actionem  
sacrificii continent, principales sunt, ideoque  
in iis etiam modica pars secundum se merito quid  
notabile censetur. Simili ratione si Sacerdos in  
Missa ex negligentia omittat *Gloria* vel *Credo* pa-  
riū omittere censetur, nec ultra culpam veniale:  
at tantundem omittens in S. Canone, grave quid  
omitteret cum culpa omnino lethali, secundum  
omnes

entes. Cæterum etiam in Canone dicendo aliquam parvitatem materiae excusantem à mortali admittunt DD. communiter; v. g. omittendo nonen alicujus Sancti, vel speciale communicantes an vel infra actionem: item omittere aliquam Crucem, inclinationem, genuflexionem, tunctionem storis, secluso tamen semper scandalo & contemptu formali.

### In Jejunio:

**R**Esponsio VII. Pro collatione vespertina admissit noster Patritius hic quartam parvæ, qnam quis spectatâ suâ personâ, ætate, plexione, occupatione ordinariè ad sufficien-  
naturæ sumere solet. Hanc regulam tradunt  
*ut tract. 27. p. 2. c. 2. q. 7. Reginaldus, Layman.  
Lamburin.* Ut proinde, qui extra tempus refec-  
cis quartam partem solitæ cœnæ sumeret citrâ  
cessitatem vel causam excusantem, sine dubio  
mortaliter frangeret jejunium. Contra vero ter-  
vel quarta pars collationis est parvitas materiae à  
mortal excusans, nisi forte sæpius sumeretur; quia  
adæquaret collationem ipsam.

### In Votis.

**D**atur etiam parvitas materiae v. g. qui vo-  
vit recitare Rosarium sex Decadum, si  
tit duas, non videtur peccare mortaliter: quia  
duæ decades sunt pars notabilis, nimirum tertia  
Rosarii, quia tamen ipsum Rosarium quid-  
exiguum est, si quatuor ejus decades devote  
reci-